GEORG LECHNER
Süddeutschland, 1504 Seite 1r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8158
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

V. 1. J
208



Georgii lechner wasserburgensis in pronosticon natiuitatis dni doctoris rc. Incipit prologus

Hoim circa iudicia astrorum quatuor sunt maneries. Quidam enim non credunt nec curant aliquid scire de futuris ymo astrologorum iudicia derident & hii omnino bestiales existunt tamquam animalia bruta se regunt omnia casualiter facientes. Quidam vero credunt sed non curant ea scire ymo sibi anxium reputant talia pcognoscere tamquam necessario euenire heant. Existimant enim quod cum sint de necessitate uentura anxium est eis illa scire cum euitari non possint quod quidem stultum putare & apud phisicas theologicasque disciplinas ac increpacione fore dignum censendum. Quidam autem credunt & curant ea scire sed astrologorum consilia non sequuntur. Alii enim astrologo quasdam bonas et quasdam malas enarrante influentias assumunt bonas malas quidem negligunt nec intelligere volunt (vt multis bonis fautoribus meis pterit

K. K. Studien Bibliothek Salzburg